



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorúmque omnium


Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione
Excerptæ

Sargar, Elisæus

Augustæ Vindelicorum, 1720

An, & quando conveniat hæc definitio Sacramento Eucharistiæ in
Tabernaculo. n. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194



CONFERENTIAE

Theologico Morales.

TITULUS I.

De Sacramentis in genere.

CONFERENTIA I.

Vulgatis est definitio Sacramenti proprie dicti, quam tradit P. Canisius; *Est signum visibile invisibile, gratiae ad hominem sanctificandum divinitus institutum.* Circa quam proinde quaeritur primo, an recte dicatur, *signum visibile*, quia non omnia visu sed aliqua etiam auditu aut tactu percipiuntur. 1.

RESOLUTIO: hic *signum visibile* accipitur per synecdochen pro sensu praecipuo, pro eo comprehendit etiam reliquos sensus, ut idem sit *visibile* quod *sensibile* aliquo sensu externo. Ex quo patet ad rationem dubitandi.

CONFERENTIA II.

Quaeritur secundo, cum per particulas, *invisibilis gratiae*, utique intelligatur gratia sanctificans, seu qualitas illa supernaturalis, qua homo formaliter fit sanctus ac gratus Deo haerensque aeternae beatitudinis, quomodo in definitione Sacramenti comprehenditur SS. 2.

Eu

2 *Conferentia Theologico Morales. Tit. I.*

Eucharistia, quæ in tabernaculo existens nul-
lam talem gratiam videtur significare.

RESOLUTIO : In Sacramento Eucharis-
tiæ significatur *gratia subsistens*, sive ipse Chri-
stus realiter & invisibiliter præsens speciebus
Eucharisticis, in Ordine ad sanctificandum ho-
minem digne percipientem tale Sacramentum.
Neque enim est de essentia Sacramentorum,
semper actu causare gratiam, sed quod [quan-
tum est de se] semper sit causativam gratiæ,
si debitæ conditiones ac dispositiones adsint.

CONFERENTIA. III.

3. **Q**uæritur tertio : Quomodo ergo Sacra-
mentum dicitur signum practicum, & ex
opere operato causare gratiam, si eam non in-
fallibiliter ipso sui usu efficiat?

RESOLUTIO : Sacramenta N. L. nihil-
ominus dici esse *signa practica gratiæ*, quia,
quantum est de se, semper ipso suo usu eam
conferunt, dummodo ex parte subiecti ijs uten-
tis non inveniatur obex, aut indispositio ali-
qua non compatiens secum gratiam, quæ est
signo practico omnino per accidens. Et di-
cuntur causare gratiam *ex opere operato*, dum
eam non causant vi dispositionis subiecti reci-
pientis, sed vi Sacramentorum debite recepto-
rum.

CONFERENTIA. IV.

4. **Q**uæritur quarto : An inter Sacramenta
N. L.